

solummō animarū creatori suo magnis clamoribus commendaret et beatā genitricē dei marīā matrē miserorū in suū auxiliū inuocaret: cōspiciunt quendā venerāde habitudinis virū pontificali insula decoratū stantē primū nauti. Qui aduocās ad se abbatē hellsinū his verbis alloqui cepit. **U**is piculū maris euadere? **U**is in patriā tuā sanus redire? **A**uq; cū fletu id solum desiderare dixisset. **T**ūc ille ait. **S**cias me a dñā nrā dei genitrice ad te missum vt si meis dictis obtemperare volueris salu? cū comitantib; ad portū deuenies. **S**ponndit ille se facturū oīa. **T**ui vir ille. pmitte mihi q; diē pceptōis matris xpi solē niter celebrabis et celebrandū p̄dicabis. **A**t hellsinus. **E**t q; inquit diē festū istud erit mihi celebrandū. **S**exto aut ydus decembris vterisq; officio natiuitatis excepto q; nomē natiuitatis mutabis in nomē cōceptionis. his dictis ille disparuit. **E**t sedata tempestate abbas cum reliq; applicuit ad littus. **E**t q; viderat qbus potuit notificauit. **S**tatuīq; in remensi cenobio ipm festū celebrari. **S**ic paulatim exēscere cepit deuotio christiano rū ad pceptionē virginis excolendā que tū tpibus istis vt apparet vbiq; terrarū ab oib; pconizat. **D**ēs clerici oēs religiosi de concepta virgine festiue officiū dicūt. **A**t **S**ixt? quartus pontifex maxim? p suas lras ad ppetuā rei memoriā statuī vt p totā octauam hui? cōceptionis officiū ptendat. cōcedens eandē indulgentiā oibus q; misse et horis canonici adesse curauerint q; cōcedit p festo z octaua corpis xpi. **A**lanū iam est q; hec opinio secūda indies roborat et pficit z magis videt fore cōsona pietati. **E**t fm sniam **P**ostien. aliorūq; doctorū. **Q**uā sunt diuersa iura et opiniones nō cōtra deū nec p bonos mores. humanior snia est pferenda ceteris paribus. extra de transac. c. fi. vbi glo. sup verbo. humaniorē. **P**ro niores inqt esse debem? ad absolueūdū q; ad p̄demnandū. vt in. c. ex lictis. de pba. et. ff. de accusa. et obli. l. arria nus. **N**eq; tū vt ex dictis colligi p̄t festū cōceptionis referē ad transfusionē seminis de q; fuit formatū corpus virginis q; dicitur prima cōceptio hoīs. q; licet fuerit sine peccato parentum virginis fuit tū cū feditate et deordinatōne nature vt refert dñs **B**eltrand? cardinalis in expōitōe eplē serte ferie q̄tuor temporū de aduētū. **S**ed festū illud ordinat ad secundā cōceptionē fm quā virgo fuit cōcepta et in esse naturali humano et in esse spiritali gratioso. i. in animatiōe illius beuēdicti corporis q; fuit diu post primā cōceptionē

forſan octogefimo die. **N**am dicit q; corpus masculi animat quadragesima die. **F**emine vero octogefimo. **E**t hoc mō si fuit de peccato originali pſeruata. de ista pceptione scōmō sumpta facimus ad virginis laudem festum referētes gratias oīpotenti deo q; aduocatā nostrā; tanto priuilegio decorauit. **S**i aut peccatū originale p̄traxit a quo tū p sanctificationē mundata anteq; nata tunc festū sub noīe pceptionis ad ipam sanctificationē referē. **E**t vero iam finē dicendi faciam? conemur virginē affectione singularissima z reuerentia qua possumus psequi vt sic mereamur ipa interueniente sui filij gratiā acquirere et gloriā celestem tandem letanter ingredi. **A**men.

Sermo vigesimus quintus de sancta nobili et digna natiuitate virginis gloriose.

Predietur virga de radice iesse et flos de radice eius ascendet. **E**saie prophete verba sunt ista ca. xi. **D**ū recolit memoria natiuitatis p̄ginis gloriose debet hūana mens in magnā leticiā p̄silire. **N**am ecclesia legit sermonē sancti **A**ugustini sic dicētis. **A**d nobis dilectissimi optatus dies beate ac venerabilis semp virginis marie. **I**deo cū summa exultatione gaudeat terra nostra tāte virginis illustrata natali. **H**ec enī est flos campi de qua ortū est p̄ciosum lilū cōuallū per cuius partum natura mutat. p̄thoplasia quo delect et culpa. **E**t in antiphona dicit. **C**ū iocunditate natiuitatē beate marie celebrem? vt ipa p nobis intercedat ad dñm iesum christum. **P**ropterea vt ad natiuitatis huius p̄conia extollēda excitemur in hoc sermone de ipa nascente virgine verba faciemus q; designatur noīe virge ab **E**saia p̄pheta in verbis assumpt; pro thēmate. **P**redixit quippe **E**saia virginem ex p̄genie dauid oriundā designatam nomine virge que fuit rectissima sine aliqua curuatione ad mania bona z transitoria mundi. fuit etiā plenissima: quia in ea fuit omne folium sanctorū sermonum et omnes fruct; sanctarū operationū z omnis flos sanctarum virtutū. **Q**uinimmo ex ipsa prodijt flos florum et fructus fructū benedictus iesus filius eius z dei. **E**t q; hec p̄phetia sit dicta de christo patet per translationē chaldaicā q; in hoc loco sic habet. **E**t erget rex de filiis ysaī et messias de filiis filiorum eius. **I**git de ipa nascente virgine tria mystēria cōtemplemur.

Primū sanctitatis.

Secundū nobilitatis.

Terciū dignitatis.

Quā beata virgo fuit in vtero matris sanctificata. ex qua sanctificatōe fomes in ea nullū actū habuit et ab oī peccato p̄seruata.

Capitulū primū.

Primo cōtemplemur virginis nascētis sanctitatē. Fuit nāq; ante sancta q̄ ex vtero nata. Et licet hoc nō tradat in scriptura sacra exp̄sse. verumt̄m vt dicit sanct⁹ **Tho.** iij. pte. q. xxiij. Rationabiliter id credimus: qm̄ illa q̄ genuit vnigenitū a p̄re plenū gr̄e et veritatis. p̄ oībus alijs maiora gr̄ie p̄uilegia debuit accipere. Inuenim⁹ aut̄ quibusdā alijs fuisse p̄cessum vt in vtero sanctificaretur ergo et virgini nō fuit negatū. Dictū nāq; fuit **Jer.** sicut p̄t̄ eiusdē. i. ca. Ante q̄ exires de vulua sanctificaui te. Et de **Johāne baptista** dixit angelus **Luce.** i. ca. Spiritu sancto replebit̄ adhuc et vtero matris sue. S; in hoc loco tres difficultates se offerūt.

Prima vtrū beata virgo fuit sanctificata aū animationem.

Secūda vtrū fuit mūdāta ab infectōe fomitis.

Tercia vtrum p̄ sanctificationē in vtero fuit p̄seruata ab oī peccato.

Pro prime difficultatis declaratiōe. Rūdet sanct⁹ **tho.** vbi. s. q̄ sanctificatio de q̄ loquimur nō est nisi emūdatiō ab originali peccato. Sanctitas enī est p̄fecta mūdiciā vt dicit **Dionisi⁹.** xij. c. de diu. no. culpa aut̄ non p̄temundari nisi p̄ gr̄iā cui⁹ subiectū est sola creatura rōnalis. Et ideo aū infusiōe aīe rōnalis beata virgo sanctificata nō fuit. Et hoc figuratū fuit p̄ sanctificationē tabernaculi. **Exod.** vlti. c. de quo dicit̄. Postq̄ cūcta p̄fecta sunt oguit nubes tabernaculū testimonij et gloria dñi impleuit illud. Tabernaculum virginē significat de qua dicit̄ in ps̄. Sanctificauit tabernaculū suū altissimus. q̄ sanctificata fuit postq̄ cūcta eius p̄fecta sunt. s. corpus et aīa vel in ip̄a animatione si fuerit ab originali p̄seruata. vel statim post ip̄am animationē si originale cōtraxit. Et si obijce retur q̄ alijs sanctificati sunt ante animationem ergo et virgo. **Nā** **Jeremie** dicitur fuit. P̄ius q̄ te formare in vtero noui te. **Nō** aut̄ infundit̄ aīa ante corporis formationē. **Silrētiā** de **Johanne baptista** dicit **Ambrosius** sup̄ **Lucā.** q̄ nondum inerat ei spūs vite et iam inerat ei spiritus gr̄ie. Ad hoc respondet sanct⁹ **Tho.** q̄ dñs dicit ante formationem in vtero **Jeremiā** nouisse noticia p̄destinationis. sed sanctificasse se dicit eum nō aū

formationem sed ante q̄ exiret de ventre. De beato insuper **Johanne baptista** nō est intelligendū q̄ spūs vite dicit̄ aīa viuificans. sed fm̄ q̄ spūs dicit̄ aer exterius respiratus. vel p̄t̄ dici q̄ nondū inerat ei spiritus vite. i. aīa q̄tum ad manifestas et cōpletas operatiōes ip̄ius. **S**ecunda difficultas erat an beata virgo mundata fuit ab infectōe fomitis. Et ad hoc inuestigandū sequamur sanctū **tho.** qui ait. q̄ circa hoc sunt diuerse opiniones. Quidā enī dixerūt q̄ in ip̄a sanctificatione beate virginis qua fuit sanctificata in vtero totaliter fuit ei fomes subtractus. Quidā vero dicūt q̄ remansit fomes q̄tum ad hoc q̄ facit difficultatē ad bonū sublatu⁹ tñ fuit q̄tum ad hoc q̄ facit p̄nitatē ad malū. Alij vero tenent q̄ sublatu⁹ fuit fomes q̄tum p̄tinet ad corruptionē p̄sone put̄ impellit ad malū et difficultatē facit ad bonū. Remansit tñ in q̄tum p̄tinet ad corruptionē nature put̄. s. est causa traducendi originale peccatū in p̄lem. **Nō** nulli vero affirmāt q̄ in prima sanctificatiōe remansit fomes fm̄ essentiā sed ligatu⁹ fuit. in ip̄a autē p̄ceptiōe filij dei fuit totaliter sublatus. Ad hoc aut̄ intellectū oportet cōsiderare q̄ fomes nihil est aliud q̄ inordinata cōcupiscentia sensualis appetitus habitualis tñ q̄ actualis p̄cupiscentia est motus peccati. Dicit̄ aut̄ p̄cupiscentia sensualitatis esse inordinata in q̄tum repugnat rōni. qd̄ quidem fit in q̄tum inclināt ad malū vel difficultatē facit ad bonū. Et adeo ad ip̄am rationē fomitis p̄tinet q̄ inclināt ad malū vel difficultatē faciat in bono. **Uñ** ponere q̄ remansit fomes in beata virgine nō inclinans ad malum est ponere duo opposita simul. Similiter nō est intelligibile q̄ remansit fomes in q̄tum p̄tinet ad correptionē nature nō in quantū p̄tinet ad corruptionē persone. **Restat** ergo vtdicamus q̄ vel totaliter fomes fuerit ab ea sublatus p̄ primā sanctificationē. vel q̄ fuerit ligatus. **Possit** tamen quis dicere q̄ totaliter fomes fuit sublatus hoc modo. q̄ cōcessum fuit anime beate virginis ex abundātia gr̄ie descendētis in ip̄am vt talis esset dispositiō virium anime q̄ inferiores vires nunq̄ mouerentur sine arbitrio rationis sicut dictū est fuisse in christo quē cōstat peccati fomitē nō habuisse. Et sicut fuit in **Adam** ante peccatū per originale iusticiā itaq; q̄tum ad hoc gr̄ia sanctificationis in virgine habuit vim originalis iusticie. Et q̄uis bec positiō ad dignitatē virginis matris pertinere videatur: derogat tamē in aliquo dignitati christi absq; cuius virtute nullus a prima

damnatione liberatus est: quoniam per fidem christi aliqui ante eius incarnationem sunt secundum spiritum ab illa damnatione liberati: tamen quod secundum carnem aliquis ab illa damnatione liberetur non videtur fieri debuisse nisi post incarnationem eius in qua primo debuit immunitas damnationis apparere. Et ideo sicut ante immortalitatem carnis christi resurgens nullus adeptus fuit carnis immortalitatem. Ita inconueniens etiam videtur dicere quod ante carnem christi in qua nullum fuit peccatum. caro virginis matris eius vel cuiuscunque alterius fuerit absque fomite qui dicitur lex carnis siue membrorum. et ideo melius videtur dicendum quod per sanctificationem in utero non fuerit sublatum virgini fomes secundum essentiam sed remansit ligatus non quidem per actum rationis sicut in viris sanctis. quia non statim habuit usum liberi arbitrii adhuc in ventre matris existens. hoc enim speciale privilegium fuit christi: sed per gratiam abundantem quam in sanctificatione receperat et etiam perfectius per divinam providentiam sensualitatem eius ab omni motu inordinato prohibente. Postmodum vero in ipsa conceptione carnis christi in qua primo debuit resurgere peccati immunitas credendum est quod ex ple redundauerit in matrem totaliter a fomite subtractione. Et hoc significat Ezechiel. xliij. ca. ubi dicitur. Ecce gloria dei israel ingrediebatur per viam orientalem. id est per beatam virginem et terra. id est caro ipsius virginis splendebat a maiestate eius. id est christi. Si autem instaret aliquis quod apostolus. ij. ad Corinthios. xij. ca. ait. Virtus in infirmitate perficitur: et loquitur de infirmitate fomitis secundum quam patiebatur stimulum carnis. Sed nihil quod pertinet ad perfectionem virtutis fuit beate virginis subtrahendum. ergo neque fomes. Respondetur quod infirmitas carnis ad fomitem pertinens est quidem in sanctis viris: perfecte virtutis occasio non tamen causa sine qua perfectio haberi non possit. Sufficit autem in beata virgine ponere perfectam virtutem et abundantiam gratie. Nec in ea oportet ponere omnem occasionem perfectionis. Tercia difficultas amouenda erat utrum per sanctificationem in utero fuit virgo pseuerata ab omni peccato actuali. Et de hoc sic loquitur sanctus Thomas. quod illos quos deus ad aliquid elegit ita preparat et disponit ut ad id ad quod eliguntur inueniantur idonei. Beata igitur virgo fuit electa diuinitus ut esset mater dei. Et ideo non est dubitandum quod deus per suam gratiam eam ad hoc idoneam reddidit: secundum quod angelus ad eam dixit. Inuenisti gratiam apud dominum. Ecce concipies. Non autem fuisset idonea mater dei si peccasset aliquis: tum quod honor parentum redundat in prolem. secundum illud puerbio. xvij. Gloria filio

rum patres eorum. Unde etiam per oppositum ignominia matris ad filium redundasset. tum etiam quod singulares affinitates habuit ad christum quod ab ea carnem accepit. tum quod singulari modo dei filius qui est dei sapientia in ipsa habitauit. non solum in anima sed etiam in corpore siue utero. Dicitur autem Sapientia. i. In malivolam animam non intrabit sapientia nec habitabit in corpore subdito peccatis. Et ideo simpliciter fatendum est quod beata virgo nullum actu ale peccatum commisit nec mortale nec veniale ut impleatur quod dicitur Cantico. iij. ca. Tota pulchra es amica mea et macula non est in te.

De nobilitate virginis gloriose descripta ab euangelista mattheo: et concordia matthei et luce in huius descriptione.

Capitulum. ij. Secundo contemplerur virginis nascentis nobilitatem. Ipsa quippe fuit nobilissimum indiuiduum omnibus indiuiduis quod in humana natura fuerunt aut potuerint generari. Et quidem mattheus. i. c. describit eam natam de quattuordecim patriarchis: de quattuordecim regibus: et de quattuordecim ducibus. Ex quo cum ipsa sit vera mater christi: et christus sit eius verus filius: omnis nobilitas christi secundum carnem ortum habuit a virgine benedicta. Et cum ipse sit ultimus rex: ultimus dux: ultimus patriarcha populi iudaici: hoc totum habuit a virgine benedicta. Quia igitur omnes preclaritates: ingenuitates: perfecturas: dignitates: et nobilitates quod possent esse in aliquo indiuiduo humano secundum originem sanguinis describunt euangeliste in hac puella. Oportet nos eorum testimonio eam preferre omnibus principibus et principissis. Regibus et reginis. Imperatoribus et imperatricibus et omnibus potestatibus tribubus et linguis. Ecclesia vero sancta dei omnia ista considerans in officiis ita illa extollit. Patris uitas inquit gloriose virginis marie ex semine abrahe orta de tribu iuda clara ex stirpe dauid. Et iterum. Regali ex progenie maria exorta resurget. Sed hic tria oriuntur dubia declaranda.

Primum utrum mattheus potuit genealogiam christi describere.

Secundum utrum ex descriptione huiusmodi genealogie nobilitas virginis demonstraretur.

Tercium utrum eadem sit descriptio genealogie christi facta per mattheum que et per lucam.

Ad primum dubium posset quis arguere quod mattheus nequiuisset describere genealogiam christi et sue virginis matris. Primo quod Esaia. liij. c. dicitur. Generationem eius quis enarrabit. Insuper per ex Iosephi dictis colligimus in. xviij.

antiquitatum libro. Et Beda illud refert in
sua cronica. Cum oēs generatōes hebreorū
in archiuis templi secretioribz seruarentur.
Herodes alienigena oēs iussit incēdi: vt sic
sua ignobilitas iudeis minus p̄tempribilis
esset. Quō igit̄ mattheus elapsis iam annis
ferme quadraginta deietione h̄mōi librorū
euangeliū scribens potuit hanc genealogiā
agnoscere. Ad q̄rūdem? et primo ad illud
Esaie cū Hieronimo in omelia sic dicente.
In Esaie legimus. Generationē eius quis
enarrabit? Nō ergo putemus euangelistam
p̄phete esse p̄trariū vt q̄ ille impossibile dixit
affatu: hic narrare incipiat: qz ibi de genera-
tione diuinitatis: hic de incarnationis est di-
ctum. Veruntū p̄tra istā responsione pleriqz
inducūt sniam Leonis pape in sermone de
natiuitate xpi vbi ait. In dño nro iesu xpo
nō solū ad diuinā sed humanā spectat natu-
ram qd̄ dictū est p̄phētā. Generationē eius
q̄s enarrabit. Igit̄ nec generatio tp̄alis xpi
fm carnē est explicabilis. Ad hoc responde-
mus ex doctrina sancti Tho. iij. pte. q. xxi.
q̄ verba ista intelligunt de mō incarnationis
qui ineffabilis est qd̄ ex verbis sequentibus
ip̄ius Leonis pape concludit̄. Inquit enim
Utrāqz enī naturā in vnā cōuenisse p̄sonam
nisi fides credat sermo nō explicat. Ad aliud
vero quod obiectū est de cōbustione librorū
in q̄bus descripta erat origo nobilis iudeorū.
Rūdet Rico. de lira sup mattheum. q̄ mat-
theus habuit p̄ reuelationē qd̄ nō habuit p̄
scripturā. Vñ apl̄ et euangeliste nō minus
fuerūt illuminati immo magis de mysterijs
xpi q̄ patriarche et antiqui p̄phete. Quidāz
tū dicūt q̄ nō oēs illi libri cōbusti fuerunt cū
et domi cōseruarent̄ a multis. Etia et aliqui
memorie mandauerāt q̄ de h̄mōi nobilitate
didicerant a paup̄s. nā et si Esdras scriba vt
Isidorus narrat in. vi. et h̄mologiaz. li. in-
censam legem a chaldeis dum iudei regressi
fuissent in hierusalē diuino afflatus spiritu
reparauit cunctaqz legis ac p̄phetarū volu-
mina q̄ fuerūt a gentibus corrupta correxit:
quāto magis potuit mattheus xpi genera-
tionē retere qui spiritu. s. cū alijs apl̄s in
linguis igneis descendente accepit. Ad secū-
dum dubiū rūdet Rico. de lira. q̄ q̄uis ioseph
nō fuerit pater iesu tū beatissima virgo
et ioseph fuerūt ex eadē tribu: qz mulier non
poterat nubere cū viro alterius tribus qū ad
ip̄am p̄tinebat hereditas paterna. vt p̄z Nu-
meri. xxxvi. Beata aut̄ virgo maria fuit vni-
ta Joachim patri suo. et ideo cogebat̄ ex le-
ge viro sue tribus nubere: p̄pter hoc etiā iuit

cum ioseph in berthelem ciuitatē dauid vt p̄-
fiteretur cum eo vt scribit̄ Luce. ij. c. **T**er-
cium dubiū fuit vtrū sit eadē descriptio xpi
facta p̄ mattheū q̄ per lucā. Et videt̄ q̄ sit di-
uersa. Nā mattheus dicit q̄ Jacob genuit
ioseph virū marie. Lucas autē dicit ioseph
esse filiū beli vt p̄z. iij. ca. Ad hoc rūdet Au-
gusti. li. de p̄sensu euangelistarū dicēs. Tres
cause occurrūt quarū aliquā euangelista se-
cutus est. Aut enī vnus euangelista patrem
ioseph a quo genitus est noiāuit. Alter vero
vel auū maternū vel aliquē de cognatis ma-
ioribus posuit. Aut vnus erat ioseph natu-
ralis pater. Alter cū optauerat: aut more iu-
deorū cum sine filijs vnus decessisset ei? vxo-
rem p̄pinquus accipiens filiū quē genuit p̄pin-
quo mortuo deputauit q̄ est quoddā genus
adoptionis legalis. Et hec vltima causa est
verior fm sanctū tho. iij. pte. q. xxi. quā etiā
Hierony. sup mattheū ponit. Et Eusebius
cesariensis in ecclesiastica historia ab affrica-
no historiographo traditū asserit. dicūt enī
q̄ mathan et mathat diuersis tp̄ibz de vna ea-
dēqz vxore. **E**sta noīe filios p̄crearūt de ma-
than natus est iacob. de mathat beli: ita q̄ be-
li et iacob fuerūt fratres vterini. Sed de du-
obus fratribz a dauid diuersimode descendē-
tibus. beli aut̄ accepta vxore mortuus est si-
ne semine: et ideo iacob frater ei? accepit vxo-
rem fratris sui: vt ei suscitaret semen: et genuit
ioseph ita q̄ ioseph fuit filius naturalis ip̄i
iacob. Et sic accepit eum in genealogia mat-
theus. Et fuit fili? legalis leui: et sic accepit
eum lucas. Nā filius qui mō dicto nascebat̄
fm naturā erat filius generantis: fm aut̄ le-
gem erat filius defuncti. Idē etiā dicit Jo-
hannes Damascen? li. iij. ca. vi. Quare non
est mirandum si aliter xpi genealogiā scribit
mattheus q̄ lucas cū vterqz p̄ferat veritatē.
Nā et si multa noīa vel alia dicat lucas que
tacet mattheus illud est fm Augustinū de cō-
sensu euangel. qz mattheus in xpo regiā in-
stituerat insinuare p̄sonā. Lucas aut̄ sacer-
dotalē. Ex quo mattheus explicat illos q̄ re-
gia corona fuerūt coronati. Lucas alios q̄b̄
dignitas sacerdotalis fuit cōcessa. Matthe-
us posuit carnales patres. Lucas posuit p̄res
sp̄iales. s. iustos viros q̄ dicunt̄ p̄res p̄pter si-
militudinē honestatis. Mattheus describit
genealogiā xpi descendendo a dauid et abra-
am vsqz ad ioseph: ex eo q̄ descripsit assum-
ptionē nostre humanitatis a deo. Lucas aut̄
p̄gressus est ascendēdo a ioseph vsqz ad deū
qz descripsit redemptionē nostrā in deū que
fit p̄ gratiā adoptionis. **S**z adhuc post oīa

m. i

*Quo ioseph dicitur filius iacob
et heli*

ista in dubium vertit animus qm̄ vt **M**icro.
inqt̄ super **D**anielē. Proauit oēs et maiores
p̄res dicunt. Tū igit in generatōe xpi multi
fuerint patriarche et plures reges quare tū
filius dauid et abraā nūcupat. Ad qd̄ r̄ndet
Micro. in omel. dicens. Ideo aut̄ ceteris p̄-
termittis horū filiū nūcupauit. qz ad hos fa-
cta est de xpo tū re promissio. Ad abraā inqt̄
In semine tuo benedicent oēs gētes. Ad da-
uid. de fructu ventris tui ponā sup̄ sedē meā
Dauid ḡ fuit p̄ncipalis inter reges. **A**braāz
inter patriarchas. **A**braā fuit primus q̄ fide
vnius dei publice cōfessus. Et in signū hui⁹
accepit circumcisionē que fuit signū distin-
guēs fideles ab infidelibz. **D**auid autem fuit
primus rex electus a deo f̄m voluntatē dñi
ad fidelē pplm̄ regendū. **U**n̄ dr. i. **R**e. c. xiiij.
Questiuit dñs virū iuxta cor suū. **S**aul aut̄
licet primo fuerit electus a dño hoc tū nō fu-
it f̄m cor dñi sed f̄m eruditioz ppli. p̄pterea
dixit deus samueli. **A**udi vocē populi. s. pes-
tentis regē. Et ob hanc causam matthe⁹ no-
minat ipm̄ solū regē cū dicit. **I**esse aut̄ genu-
it dauid regem. **D**auid autem rex genuit salo-
monē. cum tamē et salomon rex fuerit et ro-
boam et manasses. et iosaphat. et ezechias et
reliqui. **P**reponit vero dauid ipi abraā licet
fuerit tpe posterior. p̄pter eminentiā regie di-
gnitatis.

Quā natiuitas virginis fuit digna rōne bo-
nitatis parentū qbus fuit p̄ angelū nūciata.

Capitulū. iij.

Tercio cōtemplemur virginis nascētis
dignitatē. Fuit equidē natiuitas ei⁹ dignis-
sima triplici rōne.

Primo rōne parentalis cōditionis.

Secundo rōne angelice nunciationis.

Tercio rōne diuine reuelatōis.

Primo apparet dignitas natiuitatis vir-
ginis benedictē rōne parentalis cōditionis.
Habuit nāqz parētes honestissimos et timē-
tes deū **J**oachim et **A**nnā. **J**oachim quidē
ex galilea et ciuitate nazareth: sanctā **A**nnā
ex bethleē duxit vxorē. **A**mbō aut̄ iusti erant
et sine reprehensione in oibz mandatis do-
mini incedebāt omnēqz suā substantiā trisa-
rie diuidebāt: vnā p̄tem templo et templi ser-
uitoribus impendebāt: aliā p̄grinis et pau-
peribus erogabāt: tertiā suis v̄sibus per sese
suāqz familiā reseruabāt. Et ita p̄ annos vi-
ginti prolē nō habētes vouerūt dño q̄ si eis
sobolē cōcederet eā seruitio dñi manciparet.
Cuius rei grā cū singulis annis in tribz fe-
stis p̄cipuis hierusalē frequentarēt. In festo
encentoz cū suis hierusalē ascēdit: et cū cete-

ris ad altare accedēs oblatiōz suā offerre vo-
luit quē videns sacerdos cū indignatōne mi-
mia repulit: et cū ad altare accedere p̄sumes-
ret increpauit asserens nō esse pueniens ma-
ledicto regis obnoxii oblationē dño legis
offerre: nec inter secundos infecundū et qui
pplm̄ dei nō auxit altare. **J**oachim ḡ sic cōsu-
sum se videns p̄ pudore domū redire noluit
ne similiter a tribulibz suis q̄ hoc audierāt
tū obprobriū sustineret: itaqz ad suos pasto-
res secessit. **S**ecundo apparet dignitas natiui-
tatis virginis rōne angelice nunciationis.
Fuit nāqz ab angelo **J**oachim et anne mō q̄
sequit̄ annūciata. vt enī scribit̄ in legenda na-
tiuitatis. **C**ū **J**oachim aliquādiu cum suis
pastoribz morā traxisset quadā die ei soli an-
gelus cū ingenti claritate apparuit: et de eius
visione turbatū ne timeret admonuit dicens.
Ego sum angelus dñi missus ad te vt annū-
ciem tibi p̄ces tuas exauditas esse: et elemo-
synas in cōspectu dñi ascendisse. vidi enī pu-
dorē tuū et audiui sterilitatis obprobriū nō
recte tibi obiectum: peccati quippe nō nature
vltor est de⁹. Et ideo cū alicuius vterū clau-
dit. ad hoc facit vt mirabili⁹ denuo aperiat̄
et nō libidinis esse qd̄ nascit̄ sed diuini fore
muneris cognoscat. **P**rima gentis vr̄e ma-
ter sara nōne vsqz ad nonagesimū annū steri-
litas obprobriū ptulit: et tū **I**saac cui repro-
missa erat oim̄ gentiū benedictio generauit.
Rachel etiā nōne diu sterilis fuit et tamē io-
seph genuit q̄ totius egipti dñum habuit.
Quis fortior samstone vel sanctior samuele:
et tū hi ambo matres steriles habuerūt. **R**ati-
oni igit et exemplis crede dilatōs diu cō-
ceptus et steriles partus mirabiliores eē sole-
re: p̄inde anna vxor tua pariet tibi filiā et vo-
cabis nomē eius mariā. hec vt vouistis erit
ab infantia dño consecrata et adhuc et vtero
matris sue spū sancto plena: nec forinsec⁹ in-
ter populares sed in templo dñi sp̄ morabit̄.
Et sicut ex sterili matre ipa nascet̄ ita mirabi-
liter ex ea fili⁹ altissimi generabit̄: cuius nos-
men erit iesus et p̄ eū oibz gentibz erit sal⁹.
Et tibi hoc signū cū pueris ad aureā hiero-
solyme portā annā vxorē tuā obuiā habe-
bis: que de tua tardatione mō sollicita tūc in
tuo cōspectu gaudebit. **H**is dictis angelus
ab eo discessit. **A**nnā aut̄ cum amare steret
quonā vir suus inisset ignoraret idē angel⁹
sibi apparuit et eadē q̄ viro annūciauerat pa-
tescit: addens q̄ p̄ signo hierusalē ad aureā
portā pgeret: et ibidē viro suo redenti ob-
uiaret. **I**git̄ iuxta angeli p̄ceptū ambo sob-
inūce obuiantes de mutua visione letati et

*Abraham fuit p̄ q̄ fide vni⁹ dei publicē
cōfessus.*

*Dauid p̄m rex electus a deo f̄m volūtē
dñi ad fidelē pplm̄ regendū.*

de prole pmissa securi adorato dño redierūt
diuinū pmissum hilariter expectantes. An-
na ergo cōcepit et filiā suo tpe peperit q̄ voca-
ta fuit maria. **Tercio** apparet dignitas na-
tiuitatis virginis rōe reuelatōis diuine: post
q̄ enī in celū assumpta fuit dies natiuitatis
cuius aliquāto tpe fideles latuit. **Cōtingit** er-
go vt refert iohānes beletb q̄ quidā vir san-
ctus sedule cōtemplationi insistentis singulis
annis. vi. ydus septēbris in orōne posuit iō-
cundissimā angeloz solennitatē audiret i celo.
Cūq̄ deuotissime sibi reuelare peteret cur
quolibet anno illa tm̄ die et nō alia hoc audi-
ret: diuinuz accepit r̄sum q̄ virgo gloriosa
maria tali die mundo fuisse nata. Et iō hoc
manifestaret filiū sancte ecclie vt concordēs
fierēt in hac celebritate celesti curie. **Cū** vero
hoc summo pontifici et alijs intimasset hunc
diē in honore natiuitatis virginis celebra-
dū vniuersaliter statuere. **Gaudeam**⁹ igit et
exultemus de tot amplissimis nobis oibus
collatis donis. **Nā** virgo q̄ nata est salutē at-
tulit mūdo. **Et** vt inq̄t **Aug⁹** in sermone. p-
cisum est in ea illud eue infelicitatis elogium
de quo dicit. **In** tristitia paries filios: q̄ ista in-
leticia dñm parturiuit. **Eua** enī luxit: ista ex-
ultauit. **Eua** lachrymas: maria gaudiuz in-
vitre portauit: q̄ illa peccatorē: ista edidit in-
nocentē. **Et** iterū in eodē sermone. **Benedi-**
cta tu in mulierib⁹ q̄ vitā et viris et mulierib⁹
pepisti. **Pater** generis nr̄i penā intulit mū-
do: genetriz dei nr̄i salutē attulit mūdo. **Au-**
ctrix pcti eua. auctrix meriti maria. **Eua** occi-
dendo obfuit. maria viuificando pfuit. **Per-**
cussit illa: sanauit ista q̄ simul cū filio collau-
detur in eternū et in secula seculoz. **Amen.**
Sermo vigesimū sextus de annunciatio-
ne virginis beatissime.

Inuenisti gratiā
apud deū. **Angeli** gabrielis re-
uerētissime virginē genitricem
dei salutātis verba sunt ista originaliter **Lu-**
ca. i. ca. et in euangelio p̄ntis solēnitatis. **Cū**
ingenti leticia mentis dies ista est p̄curren-
da in qua virgo beata de celo ad suū vterum
traxit deū. **Hodie** nāq̄ mellisui facti sunt ce-
li et p̄ etern⁹ ira deposita mīaz suā humano
generi demonstrauit. **Hodie** facta est mira il-
la ineffabilisq̄ vnio diuine et humane natu-
re et in vtero virginis habitauit deus et hō.
Hodie virgo regia de stirpe dauid dei mater
effecta officiū intercedēdi p nobis apud suū
dilectū filiū suscepit. **Propterea** ne tanti be-
neficii immemores ingratiq̄ sumus de annū-

ciatione virginis in hoc sermone dicemus.
Ipa quippe inuenit gratiā nō solū p se suffi-
cientē: sed p toto mūdo copiosam et abundā-
tem deū in suo vtero dei filio incarnando pa-
rauit habitaculū speciosum. **Hinc** deuotus
ille **Bernardus** sup **Dissus** est: ait. **Virgo**
regia gemmis ornata virtutū gemin oq̄ men-
tis et corpis parit decore p̄fulgida specie sua
et pulcritudine sua celi ciuiū in se puocauit
aspectū ita vt regis animū in suā p̄cupiscen-
tiā inclinaret. et celestē ad se nunciū de sup̄nis
induceret. **hec** ille. **Ergo** circa annunciatio-
nē dignissimā attendere volētes tria myste-
ria pponimus cōtemplanda.

Primū dicitur angelice missionis.

Secundū mutue colloquutionis.

Tercū mirabilis cōceptionis.

Ex singularissima fuit annunciatio virgi-
nis respectu dei: respectu angeli: et respectu
virginis.

Capitulum. i.
Primū mysteriū p̄templandū dicitur angeli
missionis. **Inq̄t** **Lucas**. **Dissus** est
angel⁹ gabriel a deo in ciuitatē galilee cui no-
men nazareth ad virginē despōsatā viro cui
nomē erat ioseph de domo dauid et nomen
virginis maria. vbi ponunt tot noīa p̄p̄ia. s.
angeli missi: virginis ad quā mittebat: spon-
si sui et loci ad ostendendā certitudinē histo-
rie vt dicit **Alico**. de lira. **Quantū** vero sub-
limis preclarasq̄ fuit ista missio: ista legatio:
nos cōsiderare debemus maxime triplici re-
spectu.

Primo respectu dei.

Secundo respectu angeli.

Tercio respectu virginis.

Primo inquā cōsiderem⁹ huius legatōis
prestantiā respectu dei. **Quidnā** ip̄o altius
q̄ cūcta p̄cellit qui est oē bonū et oīm creatura
rū celi et terre dñs. ip̄e vtiq̄ est de⁹ infinitus:
immēsus: etern⁹: oīpotēs: ineffabilis: de⁹ ma-
gnus dñs et rex magnus sup oēs deos q̄ hu-
mano generi lapso subuenire misericorditer
volēs: de virgine carnē disponēs sumere: ad
eā suū angelū destinauit. **Sed** mirant⁹ plerū-
q̄ et curiose inq̄rere sata gūt. **Cur** tādū ille q̄
clementissim⁹ est cui p̄p̄iū est misereri semp et
p̄cere cōtinuit i ira misericordias suas. est
quidē incarnationis donū summe liberali-
tatis et ardentissime charitatis. **Un̄** et apl⁹
ad **Ephes. ca. ij.** inq̄t. **Deus** q̄ diues est i mi-
sericordia p̄pter nimīā charitatē suā q̄ dilexit
nos cū essem⁹ mortui pctis viuificauit nos
in xp̄o. **Charitas** vero nō tardat amico sub-
uenire fm̄ illud sapiētis puerbioz. **ij. c.** **Re-**
dicas amico tuo vade et reuertere cras enim

m ij

80